UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

extraneū C.de hr̄dibus inſtit. per Bar.in d.l. hæredi-
ex die, & ibi Imol.per illū tex.& in d.l.ſi filius à pa-
vbi Alex.& cæteri, vt mater dicat̄ hæres, & illi de
Calcina cenſeant̄ fideicōmiſſarij.¶ Nec aduerſat̄ p̄di-
, q testator dixit matrē debere habere bona in ei⁹
ſolūmodo, per quæ verba videtur, q inſtitutio fa
de matre ſit nulla, & inualida, per ea, quæ voluit
in d.l.hr̄ditas ex die in fi. verb. qa cōtrariū verius
videlicet inſtitutionē debere valere, & illa verba, in-
ſolūmodo vitiant̄, & deduci debent, arg.l. ſi quis
heres inſtituat̄ ff.de hr̄dib. inſtit. & contra Bar.te-
Bal.& Sali.in d.l.extraneū, Paul.de Caſt.in d.l.cer
Imol.in d.l.hęreditas.¶ Ex his omnibus infertur,
concluditur, matrē in caſu occurrenti eſſe hæredem
vniuerſalem, & pleno iure, & poſt mortē ſuā grauatā
reſtituere illis de Calcina, ſi ſuperuixerit, alioquin tā-
quam nō eueniente conditione fideicōmiſſi, bona li-
bere apud matrem, eiusq; hæredes remanerent, vt vo
luit Imo.in d.l.hæreditas ex die col.7. Nec illi de Cal-
cina tranſmitterent ius fideicōmiſſi, tū quia in eorū
vita dies fideicōmiſſi non venit, neq; ceſſit; tum qa
non ſunt poſteris teſtatoris, ad not. in l. vnica C.q̄d.
non petent.part. Nec obſtant allegata ſuprà in contra
rium, quia ex prædictis facilè, & apertè reſponſio colli-
gi poteſt. ¶ Item infertur, q cum ipſa mater dicatur
grauata per fideicommiſſum poſt mortem ſuam, po
terit ipſa, vel hæredes ſui detrahere trebellianicā, vt di
cit Paul.de Caſt.in d.l.j.§.ſi ex fundo poſt Bal.in d.l.id
quod pauperibus, ſed in illa debebit cōpenſare fruct⁹ ab
ea in vita ſua perceptos, cū nō ſit liberis teſtatoris, iux
ta traditionot.in l.fideicōmiſſaria ff.ad trebel. & in
l.iubemus C.eo.tit. Poterunt ēt detrahere legitimā de
27 bonis filij teſtatoris: † quoniā & ipſa mater
in legitima grauari nō potuit l. quoniā in priori-
bus C.de inoffic.teſtam.iuncto §. aliud quoq; capitu-
lis auth. vt cū de appel.cognoſcit̄, & in.c. raynutius,
& in c.raynaldus extra de teſtam.& quámuis illa iura
loquantur de filijs, tñ idem eſt in parentibus; quia ſi-
cut liberis debetur iure īſtitutionis legitima, ita & pa-
rentibus, vt p Bal.& alios in l. omnimodo C. de inoffi.
teſta. Item ſicut legitima in filijs, & liberis dicitur au-
cta, vt in auth.de trien.& ſemiſſ.in §.j.& in auth.nouiſ
ſima C.de inoffi.teſtam.ita & in parētibus, qbus debet̄
legitima, vt per gl.in d.§.j. de trient. & ſemi. & etiam
in d.auth.nouiſsima, & ibi Bal.Sali.in 3.q.& alij com-
muniter, Bar.in l.pater filium, & in l.nam & ſi parēti-
bus ff.de inoffic.teſtam.gl.in l.ſi à milite in fi.ff. de te-
ſtamen.mili. & eſt communis opinio, vt atteſtantur
Alex.& alij. Eadē quoq; ratione ſicut in legitima fi-
lij, & liberi grauari nō poſſunt, ita nec parētes ī ſua le-
gitima debita in bonis filiorū, per ea, quæ volūt Bald.
Paul.de Caſt.& alij ī d.auth.nouiſsima & expreſsè ha-
betur p ſolennē docto.vltramōta.Guid.Pap.in q.478.
& dicit Salic. in d. l. quoniā in prioribus in vlt. col. q
diſpoſitio illius legis habet locum in quolibet, cui
de iure debetur legitima, ergo & in matre, vt proba-
tur ex tex.in d.l.omnimodo cū gl.in ver.perſonis iun
cta l.quoniā in prioribus, & maximè, qa tex.ibi, & ēt
in l.quæ nuper eo.tit.loquunt̄ generaliter de legi
tima, quæ debetur ijs p̄ſonis, quæ poſſunt teſtm̄ inoſ-
ficioſum dicere, ſed mater poteſt l.nam & ſi parenti-
bus ff.de inoffic.teſta.ergo &c.¶ Item infero ſtantib⁹
28 præmiſsis, † q mater dicatur hęres inſtituta, & graua
ta poſt illius mortem reſtituere illis de Calcina, q ipſi
matri, ſeu hæredibus ipſius permiſſum eſt detrahere
duas quartas, ſeu legitimas, videlicet debitā iure na-
turæ, itē & trebellianicā, per tex.in d.c.raynutius, & in
c.raynaldus extra de teſta.cū gl.& doc.ibi cuius deci-
ſio hodie cōmuniter dicitur recepta in ſcholis, & in
iudicijs, & nō ſolū in terris eccleſiæ, ſed etiam in ter-

ris imperij; vt refert, & ſequit̄ Alc.in l.in ratione §.qđ vulgo ff.ad l.falci.& q in parētibus grauatis per fideicōmiſſum, quibus debetur legitima, idē dicēdum ſit, qđ ī filijs; videlicet q ipſi detrahere poſsint legitimā, & trebellianicā, voluit Ang.in d.l.ſi à milite §. fi.ff. de teſtam.mili.vbi Raph.Cuma.hoc ſequit̄, quamuis Bal. ibi dubitauerit, & Alex.in d.§.qđ vulgo in 7.col.qui tenet nō eſſe idē in aſcēdentibus, quod dicitur ī d.c.raynutius in deſcendētibus. Tamē primā opinionē Ang. & Cuma.ſequit̄ Crot.in repet.d.c.raynutius in vlti.notabili, quæ mihi plus placet, attenta ratione d.c. quare poſsint detrahi duę legitimę, quę expreſsè vēdicat ſibi locū, & adaptari poteſt ad caſum, quando mater fuiſſet hæres inſtituta, & poſt mortē ſuā grauata reſtituere per fideicōmiſſum, prout in cauſu occurrenti, & vr̄ eſſe de mente Alex. in d. l. in fideicōmiſſaria in prin.6.col. Fateor tñ, q ipſa mater, ſeu hæredes ſui imputare debebunt fructus perceptos in legitima, & trebellianica, & q mater in trebellianica computare fructus teneatur, facit, nam ſoli filij primi gradus non tenentur illos computare, alij vero, qui poſſunt detrahere trebellianicam, tenentur, vt in.d.l.iubemus C.ad trebell.& not.per glo.& doc.in d.l.in fideicommiſſaria, & eſt tex.& ibi doc.maximè Alex.in l.filius ff.ad l. falc. Item q mater, & alius deſcendens, quibus legitima debetur, teneantur in legitima fructus perceptos computare, volunt doc.magis communiter in d. l.filius, vt ibi expreſsè declarat Alexan. & in d.l. in fideicommiſſaria in 6.col. Et prædicta corroborantur, nā hoc videtur regulare, q quoties poſſunt detrahi legitima, & trebellianica, etiam ſi ſimus in liberis primi gradus, qui non ſolent fructus in legitima computare, vt in d.l. iubemus; tamen quando ambæ ſimul eſſent detrahendæ, videlicet legitima, & trebellianica, tunc in illis omnes fructus percepti forent computandi, vt per Paul.de Caſt. & do. Alex. in l. mulier §. cum proponeretur in 5.col.in glo.fin. ff.ad trebell. Ergo ſi in liberis primi gradus hoc procedit, à fortiori dicendum eſt in matre, & alijs aſcendentibus, qui magis tenentur fructus in legitimam, & trebellianicam compenſare, vt conſtat ex prædictis, & ex ijs, quæ habentur in d.l. in fideicommiſſaria. Et ita de iure ſuper præmiſsis omnibus ad fauorem dominæ Corneliæ concludendum eſſe arbitror. Làus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus vxori relictus caſu, quo cum hærede non poſſit habitare, aut illi hæres alimenta non præſtaret, pœnæ nomine relictus cenſetur, illiq; locus eſt, ſi non poterit cum hærede habitare, aut hæres illi alimenta non præſtiterit.*

2 *Et relictus ſub conditione, ſi hæres non præſtiterit alimenta, nec habitationem, intelligitur, ſi hæres fuerit in mora dandi.*

3 *Pœna nunq̄ cōmittit̄, niſi ex mora, & culpa, ſeu delicto alicuius.*

4 *Pactum legis commiſſoriæ circa pignus lege reprobatum eſt neq; dominium pignoris in creditorem transfert.*

5 *Vſufructu omniū bonorū alicui legato, intelligit̄ de vſufructu bonorum oīum, quæ teſtatoris propria eſſent mortis illius tēpore.*

Pactum legis commiſſoriæ iuratum de iure canonico valet, & dominium pignoris in creditorem transfert.

7 *Pactū legis commiſſoriæ in pignore quādo valeat, & quādo nō.*

8 *Vſusfructus omnium bonorum ſi vxori relinquatur, & filius hęres in proprietate totius hæreditatis inſtituatur, qua ex parte vſusfructus vxori debeatur.*

9 *Verba illa, ſi nō dederit, ſi nō fecerit, & ſimilia, p̄cedēte diſpoſitione, important, ſi fuerit in culpa, ſeu in mora dandi, vel faciēdi.*

10 *Hæres inſtitutus hæreditatem repudiādo oneribus hæreditarijs non eſt obligatus, nec in mora aliquid ex diſpoſitione teſtatoris faciendi conſtitutus dici poteſt.*

11 *Vſufructu oīum bonorū, ſiue totius hr̄ditatis vni relicto, alio inſtituto hr̄de vniuerſali, ſi hic hr̄ditatem adeat, vſufructuari⁹ habetur*

betur loco legatarij, at ſi repudiet, ſeu ſe abſtineat, hæres in totum, & vniuerſaliter cenſetur.

12 *Legatarius, & hæres qs eſſe nō pōt, vt ſibi legatū ſoluere teneatur, & ſi plures ſint hr̄des, vniq; fuerit prælegatū, illud ꝑ parte confunditur, & pro parte cohæredis tanquam legatum debeť.*

13 *Dos, conſtante matrimonio, à muliere cum iuramento, & conſenſu mariti renuntiantis validè alienatur de iure canonico.*

14 *Dos, conſtante matrimonio, propter alimenta de futuro, & propter imminentem neceſſitatem validè alienatur.*

EPITOME.

VSVFRVCTV omniū bonorum vxori relicto, ſi heres illi alimēta, & habitationē non p̄ſtiterit, ſi hæres vniuerſaliter inſtitut⁹ ſe ad hr̄ditate abſtineat, vxor tanq̃ vſufructuaria ab hr̄de vsūfructū rectè non petit, qa illi alimentata, & habitationem non præſtiterit, ſed heres vniuerſalis ēt quoad ꝓprietatē eſſe dr̄.

Vſufructu omnium bonorum legato, nō debetur vſusfructus ex re, quam teſtator creditori pignori dedit ex debito multo ante, & non propter ſe principaliter contracto cum pacto, ꝙ ſi intra certum tempus non ſoluat, res pignorata creditoris ſit.

CONSILIVM XXXVI.

VIDETVR de iure concludendū, dominā Polloniā debere obtinere ſuꝑ petitione vſusfructus domus, & Antoniū de Medoſijs, litisq; cōſortes cōdemnari debere ad ſinendu, & patiendū dictā do. Polloniā vti, & frui dicta domo toto tēpore eius naturalis vitę, itē ad reſtitutionē fructuū ex dicta domo perceptorū, prout in libello, & petitione do. Polloniæ continet, quoniā per Michaelem olim ei⁹ maritū ipſi do. Polloniæ fuit factū legatum cibi potus, veſtimentorum, & habitationis domus ſui hæredis, & caſu quo dictus Dominic⁹ ſuus hæres inſtitutus non daret, nec præſtaret ſibi alimenta, vt ſuprà, arbitrio boni viri, & tam malè ſe haberet contra dictā do. Polloniam, quod ipſa ſecū non poſſet habitare, tunc & eo caſu ipſa do. Pollonia deberet habere vſumfructum oīum bonorum, & hære-
1 ditatis ſuæ; † quod legatū vſusfructus totius hereditatis cenſetur factū do. Polloniæ pœnæ nomine, videlicet, ſi ipſe Dominicus hæres inſtitutus non præſtiterit, ſeu fuerit in mora p̄ſtandi alimenta, & habitationē do. Polloniæ iuxta tex. in l. vnica C. de his, quæ pœnæ nomine, & inſtituta de lega. in §. fi. Sed dictus Dominicus hæres inſtitutus non preſtitit per ſex annos, & vltra alimenta, nec habitationē dictæ do. Pollonię, ergo locus eſt legato vſusfructus relicti nomine pœ-
2 næ. ¶ Secundo facit, † quia legatū vſusfructus totius hr̄ditatis factū fuit ſub conditione, ſi hæres Dominicus non preſtiterit alimēta, nec habitationē do. Polloniæ, vt in teſtō, & conſequēter vſusfructus diciť ſibi relictus, ſi ipſe hæres fuerit in mora dandi, & culpa ſua non dederit, quoniā iſta verba ſi nō dederit, ſi nō fecerit &c. importāt, hoc ē, ſi fuerit in mora dādi, vel faciēdi, vt eſt tex. & ibi not. ꝑ gl. & doct. in l. ita ſtipulat⁹ la grande ff. de ver. ob. §. fi. inſti. eo. titu. quod ēt patet, qa hoc legatū vſusfructus factū fuit nomine pœnæ, vt ĩ
3 d. l. vnica: † Pœna autē nūquā cōmittitur, niſi ex mora, & culpa, ſeu delicto debitoris, vt ĩ l. aliud ff. de ver. ſigni. ꝑ Bar. in l. qui ſine ff. de neg. geſtis: Sed Dominicus hæres fuit in mora dandi, ſeu præſtādi alimēta, & culpa ſua nō potuit ſecū habitare ĩ domo habitationis ipſi⁹, ꝓut voluit, & mādauit teſtator, ergo ipſi do. Polloniæ vſusfructus totius hr̄ditatis, & bonorū teſtatoris debetur, & conſequēter ēt debetur vſusfructus domus petitæ, quia illa eſt de bonis, & hæreditate ipſius Michaelis teſtatoris, prout cōſtat ex inſtrumēto

cuiuſdā donationis factæ per quendā Anton[...]
riū ipſi Michaeli. ¶ Nec prædictis obſtat, quod [...]
tus Michael teſtator in eius vita obligauerit, & [...]
thecauerit, ſeu pignori dederit domum petita[...]
debito quātitatis librarum nonagintaquatuor [...]
lidorum ſex, ſoluēdo infra certum tempus A[...]
de Medoſijs, & ſi infrà illud tempus non fuiſſe[...]
tum, ꝙ dicta domus intelligeret acquiſita, & [...]
præfato Antonio pro ſumma, & quātitate, [...]
debita, ſine aliqua exceptione, & abſq; facto [...]
iudicis, vt in quodam inſtrumento continet[...]
bus inferri videbatur, ꝙ dicta domus non eſſet [...]
reditate dicti Michaelis, nec in eius bonis temp[...]
ſuę mortis, & conſequenter, quod ſaltem in dicta [...]
mo vſusfructus non deberetur dictæ do. Pollon[...]
quoniam ad hoc reſpondetur, ꝙ ex pacto illo [...]
ſito in dicto inſtrumento circa dictam dom[...]
thecatam, ſeu pignoratam non potuit ac[...]
dicto Antonio de Medoſijs, contra quem [...]
tur, nec ex tali contractu, & conuention[...]
4 ci translatum dominium dictæ domus in [...]
pterea quia illud fuit pactum legis commiſſor[...]
ca pignus, quod eſt à lege reprobatum, & ex eo [...]
transfertur dominium in creditorem rei pignorata,
vt eſt tex. clarus, & ĩ terminis de hoc, & ibi gl. & doc.
in l. j. & 3. C. de pactis pignorum, & ideo cum ex illo
pacto domus illa pignorata non potuerit acquiri di-
cto Antonio creditori, ſequitur, ꝙ in bonis dicti Mi-
chaelis remanſit, vt in d. l. j. & 3. & ꝯſequenter illius [...]
mus vſusfructus debetur dictæ do. Pollonię. ¶ [...]
miſſis tamen non obſtantibus, contrarium veriu[...]
ſe de iure arbitror, & concludo, ꝙ do. Pollonię [...]
debetur vſusfructus dictę domus, & conſeque[...]
ipſa non potuit agere contra dictum Antoniu[...]
Medoſijs, & litis cōſortes ſuper dicta domo, qui[...]
mo ipſi ſunt abſoluendi à petitione per ea[...]
5 quod demonſtro pluribus modis, & primo [...]
quando vxori, vel alij fit legatum vſusfru[...]
bonorum, tunc debetur vſusfructus ſolum [...]
ꝓpriorum ipſius teſtatoris, vt eſt tex. cum g[...]
nium ff. de vſufructu, quę dicit oīum bonor[...]
propriorū, ſed domus, ſuꝑ qua agitur, tēpore [...]
teſtatoris (ꝙ tēpus eſſe debet in conſideratione [...]
marthe de celebra. miſſa.) non erat in bonis Micha[...]
lis teſtatoris, nec ex bonis ſuis iuxta tex. in l. [...]
actione ff. vi bono. rapto. qa in vita ſua illā tra[...]
in Antoniū de Medoſijs, dando ea ſibi in ſolutū [...]
ſtrumento facto inter ipſum Michaelē, & dictū An-
tonium cōtinetur, quę datio in ſolutum cōtinet ven-
ditionē, & emptionē l. ſi prędiū C. de euictio. ergo di-
ctę dom⁹ nō debeť vſusfruct⁹ ipſi do. Pollonię. ¶ Nec
obſtat, vt dictū fuit, ꝙ ex illo ꝯctu facto inter ip[...]
Michaelē, & dictū Antoniū non potuit trāsferri [...]
miniū illius domus in Antoniū, nec illa domus
potuit acqri ex pacto, de quo in dicto inſtrum[...]
ſit pactū legis commiſſorię, qđ eſt in pignore [...]
tū, & ex eo non pōt transferri dominium rei p[...]
tę in creditorem l. j. & 2. C. de pactis pignor. qu[...]
6 reſpōderi pōt, ꝙ † pactum legis cōmiſſorię in [...]
re eſt reprobatū ſimpliciter à iure ciuili, ſed de iure ca-
nonico, ſi iuratū eſt, tenet, & ex eo transfertur domi-
niū rei pignoratę in creditorē, vt eſt tex. clarus, & [...]
gl. & doct. in c. ſignificāte de pignorib⁹, & ita ēt ap[...]
tè dicit Bal. in d. l. j. & ibi Alex. in apoſtil. C. de pact[...]
7 gno. ¶ Secundo reſpōdeo, † ꝙ pactum legis cō[...]
ſorię in pignore nō valet, & eſt à lege reprobat[...]
fuit factū, & appoſitū ĩ pignore dato, ſeu obliga[...]
initio tēpore ꝯcti debiti, qñ lex p̄ſumit. ꝙ deb[...]
cōſtituit pign⁹ cū illo pacto, id faciat, vt pecun[...]
ditam facilius cōſequať à creditore, ſecus vero

ſit facto ꝯſtituatur pignus cū tali pacto; & ideò in p̄-
ſona fideiuſſoris, vel alterius, qui ſe obliget pro debi-
to iam aliàs ꝯcto ab alio, & conſtituat pignus cum ta
li pacto, valet pactū, vt declarāt Bal. Sal. & alij in d. l. j. &
in l. 3. C. de pact. pig. Sed dictus Michael, qui ſe obliga
uit ad ſoluendum libras 94. & ſolidos 6. & dictam do-
mum dicto Antonio non principali creditori, ſed ceſ
ſionario obligauit, vt in proceſſu apparet, cū pacto le-
gis cōmiſſoriæ, pignori dedit rem illam cū eo pacto,
pro re, & ex eā debiti aliàs ꝯcti, videlicet ratione reſtitu
tionis cuiuſdam dotis do. Ioannæ, & iſte Michael nō
erat principalis debitor, cū quo tale debitum fuerat
ꝯtractū, ſed ipſe tenebatur ex perſona Antonij de Fu-
rno, qui dicto Michaeli donauerat omnia ſua bona
præſentia, & futura, & iura, & actiones, vt in quodam
inſtrumento producto habetur, ergo ſequitur, ꝙ etiā
iſto caſu in caſu, in quo de iure ciuili tale pactum legis
cōmiſſoriæ in pignore non eſt reprobatū, ſed valet, &
ex eo transfertur dñium dictæ domus pignoratæ, ad
tradita per Bal. & Sal. in d. l. j. & in d. l. 3. ¶ Præterea, † &
ſecundo dictæ do. Polloniæ, cui relictus erat vſusfru,
ctus totius hereditatis, non debetur vſusfructus om-
nium, & ſingulorum bonorum, ſed bes, hoc eſt octo
vnciarum, qm̄ cū illa concurrit Dominicus filius Mi-
chaelis & hæres inſtitutus in proprietate totius hære-
ditatis, quo caſu vſusfructus ipſi vxori debetur dunta-
xat duarū tertiarū hr̄ditatis, reliqua verò tertia quo-
ad proprietatē & vſumfructū detrahit, & filio debet
pro ſua legitima, vt eſt gl. cōiter approbat, & ibi Bart.
in l. ſi cum vxori meæ ff. de vſufru. lega. tangitur in l.
omnimodo C. de vſufr. & eſt tex. in auth. de trient. & ſemiſ.
in §. optimus colla. 3. authē. nouiſſima, & ibi Bart.
Alexan. C. de inof. teſta. cū ſimilibus. ergo ipſa dña
Pollonia dictæ domus, & oīum bonorum nō poteſt
petere vſumfructum, ſed detrahenda eſt legitima debi
ta filio, vt ſupra. ¶ Tertio, & fortius demonſtratur, ꝙ
do. Polloniæ nō debetur vſusfructus ſibi relictus, nec
venit caſus, in quo ſibi deberi poſſit, nam fuit ſibi reli
ctus vſusfructus totius hæreditatis, & omnium bono
rum nō purè, & ſimpliciter, ſed nomine pœnæ, & ſub
conditione ſi hæres teſtatoris non præſtiterit ipſe dñæ
Polloniæ alimenta, & prout in teſtamento, quo caſu
cenſetur legatum factum ſub cōditione, ſi hæres fue-
rit in mora, vel culpa, quia culpa, vel mora, ſeu delicto
ſi non præſtiterit alimenta dictę do. Polloniæ, cum
illa pœna cōmittatur, ſeu debeatur, niſi ex mora, vel
delicto, vt voluit Bar. in l. qui ſine ff. de neg. geſt. cum ſi
milibus ſupra allegatis. Item † illa verba, ſi non præſti-
terit, ſi non dederit, ſi non fecerit, det centū, prę ceden
te diſpoſitione, vt puta dicendo, volo, ꝙ hæres meus
det alimenta & ſi nō dederit, tunc & eo caſu volo, ꝙ
habeat vſumfructum, vel mille, & ſic diſpoſitio incipiat
à præcedenti diſpoſitione, & non à præcedenti condi-
tione, important, hoc eſt, ſi fuerit in culpa ſeu in mo-
ra dandi, l. ita ſtipulatus la grande, & ibi glo. & cōiter
ſcri. ff. de verborum oblig. §. fin. inſti. de verb. obliga.
Bal. & Pau. in d. l. qui ſine per Bar. & l. aliud. ff. de verbo.
ſignifica. Sed Dominicus hæres inſtitutus in teſtamē-
to non fuit in culpa, nec in mora præſtandi alimenta,
nec fuit in mora, quo minus do. Pollonia habitaret
in dicta domo ergo nō venit caſus dicti legati vſusfru
ctus, & conſequenter ipſa malè egit, petendo dictum
vſumfructū ſibi non debitum argume. l. cedere diem
cum ſimilibus. ff. de verborum ſigni. & ꝙ Dominicus
filius hæres inſtitutus nō fuerit in mora ſatis clarè pa-
tet, ſi nam ipſe repudiauit, ſeu ſe abſtinuit ab hæredita
te paterna, vt fatetur vtraque pars in proceſſu, ergo nō
poteſt dici, quod ipſe ſe obligauerit oneribus hęredita-
riis, quia per aditionem hæreditatis hæres quaſi ꝯtra-
hit, & ex illo quaſi contractu obligatur creditoribus,

& legatarijs l. apud Iulianum. §. ſi pupillus, & ibi Bar.
ff. ex quibus cau. in poſſ. eatur cum ſimilibus: Si igitur
Dominicus hæres inſtitutus non adiuit, ſed repudia-
uit, non debet, nec poteſt dici obligatus creditoribus
& legatarijs, nec ꝯ eum vt hæredem, vlla potuit fieri
petitio per ipſam dñam Polloniā de vſufructu, qa vbi
nulla eſt obligatio, ibi nulla eſt petitio d. l. cedere diē,
& l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. & vbi nulla eſt pe
titio, ibi nulla poteſt eſſe mora. vt l. nulla. ff. de regulis
iuris cum ſimilibus. Quare ſequitur, ꝙ dictus Domini
cus non poteſt dici in mora conſtitutus præſtandi ali
menta, ſeu habitationem dictæ dñæ Pollonię. ¶ Quar
to, ex quo domina Pollonia fuit hęres inſtituta in vſu
fructu, & illum agnouit, tanquam venerit caſus illius,
quia ipſa petit vſumfructum dictæ domus vt, & tan-
quam vſufructuaria totius hęreditatis, vt in libello
apparet; Item ex quo Dominicus filius, & hęres inſti-
tutus vniuerſaliter in omnibus bonis, iuribus, & actio
nibus ſe abſtinuit ab hæreditate, ſequitur, ꝙ domina
Pollonia dicitur eſſe hæres vniuerſalis, & perinde ha-
betur, ac ſi ipſa ſola eſſet heres inſtituta vniuerſaliter,
11 nulla habita mentione de Dominico, qm̄ † qn̄ vxor,
vel alius fuit inſtitutus in vſufructu omnium bonorū
ſeu totius hæreditatis, alio dato cohærede vniuerſa-
li, qui fuerit inſtitutus in omnibus bonis, iuribus, &
actionibus, tunc inſtitutus in vſufructu habetur loco
legatarij, ſi hæres vniuerſaliter inſtitutus adiuerit hę-
reditatem iux. ea, quæ habentur in l. quoties. C. de hæ
redi. inſtituen. & in l. ex facto. ff. eo. hęrede vero vniuer
ſali ſe abſtinente, ſeu repudiante, inſtitutus in vſufru-
ctu, ſi agnouit vſumfructum, cenſetur hæres in totum
vniuerſaliter, quia ipſi etiam inuito accreſcit tota hæ
reditas, vt voluit Pau. de Caſt. in l. j. §. ſi ex fundo. ff. de
hęredi. inſtituen. & ita voluit Ioannes de Imola in d.
§. ſi ex fundo in 24. colu. Quin immo ſi teſtator dixiſ-
ſet, inſtituo in vſufructu, vel in certa re talem, cū hoc,
quod plus petere non poſſit, ſeu pro omni eo, & to-
to &c. nihilominus inſtitutus in re certa, ſeu in vſufru
ctu, repudiante hęrede vniuerſali, eſſet hæres in totū,
& ſibi inuito, ſi prius agnouiſſet vſumfructum, ſeu rē,
in qua eſſet inſtitutus, accreſceret tota hæreditas cū
ſuo onere, videlicet æris alieni & legatorum, vt tradi
tur per Bar. & alios in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæ. inſti.
quod enim accreſcit, cū ſuo onere accreſcit l. ſi duo,
& ibi ſcriben. ff. de acqu. hær. ¶ Ex quibus infero, ꝙ ex
quo Dominicus hęres inſtitutus ſe abſtinuit, & domi
na Pollonia agnouit vſumfructum, veluti etiā de prę-
ſenti agnoſcit, ſequitur, quòd ipſa eſt hęres vniuerſa-
lis, ipſique accreuit tota hęreditas Michaelis teſtato-
ris cum omni ſuo onere per prędicta, & conſequen-
ter omne legatum, & relictum factum ſibi de alimen
tis, & de alijs fuit confuſum, & extinctum cum iure
12 hęreditatis, in quo illa ſucceſſit, † nam quis nō poteſt
dici heres, & legatarius taliter, ꝙ ſibi ipſi teneatur le-
gatū ſoluere; ſed bene, ſi plures eſſent hæredes, & vni
eſſet prælegatum, illud pro parte ſua cōfunderetur cū
iure hęreditatis, pro parte vera cohęredis deberetur
tanquam legatum, vt eſt textus notabilis in l. legatū
la vltima. §. j. & in prin. ff. de legatis. j. l. qui filiabus in fi.
cum l. ſequenti. ff. de legatis j. Alexander in l. j. §. vete-
res. ff. de acquirend. poſſeſſ. Patet igitur ex his, ꝙ nō tā
quā vſufructuaria potuit petere vſumfructum dic. do-
mus, quia relictū vſusfructus fuit confuſum, cum ipſa
effecta ſit hęres vniuerſalis ob repudiationem, ſeu ab-
ſtenſionem hęreditatis factam per dictum Dominicū
hęredum inſtitutum per prędicta, ſed debuit agere tā
quam hæres proprietaria & pleno iure, cum ſibi vſuſ-
fructus ſeparatus à proprietate rerum non debeatur,
vt ex prędictis manifeſtè conſtat. Vnde concluditur
ipſam malè egiſſe ꝯ dictum Antoniū, & litis conſor-

tes, quos fore abſoluendos à petitione facta per dictã dominam Polloniam, ſatis manifeſtè apparet, non obſtantibus adductis ſupra in cõtrarium, quæ ex iam dictis facilè, & apertè reſoluta ſunt. ¶ Non obſtat et, ꝙ domina Ioanna vxor Antonij Fuſarij, non potuerit cedere, & donare iura ſuarum dotium, conſtante matrimonio, Antonio de Medolijs, cuius ceſſionis vigore poſtea ipſe habuit domum, de qua agitur, quoniam reſpondetur, ꝙ licet dos alienari non poſſit per mulierem, conſtante matrimonio, etiam cum cõſen-
13 ſu mariti. vt inſtitut. quibus aliena. licet, vel non, † tamen de iure canonico interueniente iuramento dos poteſt alienari per vxorem marito conſentiente, & renuntiante. c. cum contingat de iureiurand. cap. licet mulieres eo. tit. in 6. Salyce. in l. j. C. de fund. dotali, & Bartol. in l. cum lex. ff. de fideiuſſo. ſed domina Ioãna ceſſit, & donauit dotes ſuas cum iuramento, præſente, & conſentiente Antonio Fuſario marito ſuo, & renunciante omni iuri ſibi competẽti, vel quod in futurum poſſet competere in dictis dotibus, & cum iu-
14 ramento, ergo &c. ¶ Præterea † dicta ceſſio, & donatio non fuit facta merè & ſimpliciter, ſed ob cauſam videlicet, propter alimenta futura, & vt in futurum vſque ad mortem dicta domina Ioanna poſſet alimentari, & nutriri, cum aliunde nõ poſſet viuere, vt in inſtrõ ceſſionis, & donationis factæ cõtinetur, & quamuis dos alienari non poſſit regulariter, fallit tamen, qñ alienaretur, etiam conſtante matrimonio, ꝓꝑ alimenta de futuro, & vt vxor ſeu maritus poſſet ali, & ſic propter imminentem neceſſitatem, vt eſt gl. inſtit. quibus aliena. licet, vel non in prin. in verbo prohibetur, & ibi Ange. Aretinus, facit tex. in l. prima cum ibi nota. ff. de fund. dotali. Et ſi diceretur, ꝙ & ſi dicta donatio, & ceſſio dotis facta per dominam Ioannam cũ conſenſu Antonij Fuſarij eius mariti, qui renũtiauit omnibus iuribus ſuis, valuerit, & valeat reſpectu dimidiæ dotis, quæ ex diſſolutione matrimonij acquiri nõ debet marito ſuperſtiti, tamen talis donatio non valuit reſpectu alterius dimidiæ, quæ erat acquirẽda ipſi Antonio Fuſario marito ſuo, qui ſuperuixit dominę Ioannę, & pręterea licet dictus Antonius Fuſarius dictæ donationi conſenſerit, & renuntiauerit omnibus iuribus ſibi ꝯpetẽtibus, & cõpetituris, quomodocũq; in illa dote; Tamen illa renuntiatio non valuit in pręiudicium Michaelis Fuſarij, cui ante factam donationem prædictam, & renuntiationem Antonius Fuſarius donauerat omnia ſua bona præſentia, & futura cum reſeruatione vſusfructus, vt ex inſtrumentis productis in proceſſu continetur, & conſequenter ipſi Michaeli videtur etiam donaſſe partem dotis dictæ dominæ Ioannę acquirendum ipſi Antonio Fuſario propter diſſolutionem matrimonij; Prædictis omnibus breuiter reſponderi poteſt, quòd ea poſſent verificari, & procedere, quando fuiſſe probatum per præfatam dominam Polloniam agentem, quòd ipſe Antonius Fuſarius ſuperuixiſſet ipſi dominæ Ioannę ſuę vxori, ſed hoc non fuit probatum, nec verum eſt in ſe ergo dicta donatio, & ceſſio dotis in totum valuit, & ſic ſtat firma concluſio, quæ probata fuit ſupra diuerſimodè, quòd ipſa domina Pollonia tanquam vſufructuaria non potuit agere, & petere vſumfructum, & præſertim domus pręcdictæ, quæ tempore mortis Michaelis teſtatoris non fuit in bonis, nec ex bonis ſuis. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta domina, maſſaria, vſufructuaria, & admininiſtrax omniũ bonorum quid ex hoc relicto conſequi debeat, & nu. 4.*

2 *Et an cẽſcatur per hæc verba relicta tutrix, ſeu curatrix, & adminiſtratrix omnium bonorum, & filiorum.*

3 *Curator etiam à patre non datur inuito, niſi furioſis, & mente captis, ſecus in tutore.*

5 *Super bonis emphyteoticis conceſſis; pro ſe, filijs, & deſcendentibus non imponitur onus alimentorum, vſusfructus, vel dominij rei in præiudicium filiorum.*

6 *Melioramenta extare allegans debet probare.*

7 *Minor hæres aduerſus non confectionem inuentarij reſtituitur.*

8 *Dotes retentio rectè fit contra matrem tutricem rationis adminiſtrationis non redditæ.*

9 *Compenſatio fructuum perceptorum ex bonis pro dote hypothecatis an per viam extenuationis ſortis principalis poſſit opponi mulieri ad dotem agenti.*

10 *Tutori, ſeu adminiſtratori ſi fiat à teſtatore legatum liberationis à confectione inuentarij, & à redditione rationis, & cum [illegible] teneretur rationem reddere, & reliqua reſtituere, ꝙ teſtator ex nunc, prout ex tunc legauit ei omne id, in quo appareret ipſum teneri, an is rationem adminiſtrationis reddere, & reliqua reſtituere teneatur.*

EPITOME.

VXOR relicta domina, maſſaria, vſufructuaria, & adminiſtratrix omnium bonorum, certis filijs, ſolum pręminentiam, & alimenta, quæ tempore vitæ mariti in eius domo habebat, conſequi debeat, & ꝙ per hæc verba non dicatur relicta tutrix, ſeu curatrix omnium bonorum, & filij.

Et matri tutrici, quæ tutelam filij geſſit, & adminiſtrauit, dotem repetenti, poſſe à filio exceptionem non redditę rõnis adminiſtrationis opponi, & ab eo poſſe dotem retineri, donec adminiſtrationis ratio fuerit.

Et tutorem non eſſe liberatum à redditione rationis adminiſtrationis futurę, nec à reſtitutione reliquorum per legatum liberationis à confectione inuentarij, & à redditione rationis, etiam ſi adiectum eſſet, ꝙ in caſu, quo teneret rõnẽ reddere, & reliqua reſtituere, teſtator ex nunc, prout ex tunc legauit omne id, in quo appareret ipſum teneri, Et quid legatum huiuſmodi operetur, hic habetur.

CONSILIVM XXXVII.

IN cauſa illuſtris dñę Eliſabet, viſo teſtamento illuſtris olim do. Comitis Camilli de Pepolis eius mariti, in primis in ea parte, in qua ipſam reliquit dñam maſſariã, vſufructuariã, & adminiſtratricẽ oĩum, & ſingulorũ bonorũ, &
1 tutricẽ quorumcũq; eius filiorũ naſciturorũ, † dico vſumfrũctũ nõ deberi dictæ do. Eliſabeth, ſed ſolũ præminentiã, q̃ tpe vitæ præfati Comitis Camilli eius mariti in domo dabebat, nã eo caſu, quo pater filios hæredẽ inſtituit, & vxorẽ reliquit dñam, maſſariã, & vſufructuariã oĩum bonorũ, ꝯſuetudo approbata interpretata fuit illa verba, vt intelligantur ſolũ de præminentia, & ꝙ per ea videaẽ ſolũ relictus vſusfructus, quatenus ſibi ad alimenta ſufficiat, vt dñt doct. cõmuniter in l. titia in fi. & ibi Bar. ff. de leg. 2. & idẽ volunt Bal. & alij in l. fi. & in auth. hoc locũ. C. ſi ſecun. nup. mulier. & in l. ſi. C. de indic. vid. Alex. in ꝯſi. 66. vol. 3. & in cõſil. vol. 4. & Bar. in l. & ſi ꝯ. ff. de vulg. & pup. Et ſm Ang. in l. rer. amot. cenſeẽ relicta alimenta cum poteſtate percipiendi illa ꝓpria auctoritate, vt etiã habet per Alex. in d. l. titia. §. titia, & Bar. in d. auth. hoc locũ in fi. & dicit, ꝙ per illa verba mulier habebit nomen dñæ, & præminentiã, ſicut habebat in vita viri, & vſumfructum oĩum bonorũ, quatenus ſolũ ad alimẽta ſufficit ſecundum dignitatẽ, & facultatẽ viri, quæ alimenta percipiat ipſa, & nõ de manu filiorũ, vt ibi: Et ſm Bal. in d.